



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De laudibus sanctissimae matris Annae**

**Trithemius, Johannes**

**Mainz, 1494.07.21**

De multis miraculis sancte anne succinctim xiiii

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb00082758-9**

a nobis est honoranda felicissima mater. Sed offendit non mediocriter qd nullā de sancta matre anna cōgruen-  
tem inuenimus historiā: que honori et festo eius p omnia  
cōueniat. Claria em̄ est et non satis (ut multis videtur)  
elegans historia que a multis diuersimode iā in vsu ha-  
betur: transeo qd tantis meritis minus digna: et in plen-  
risqz locis videatur apocrifa. Nec vna tantū sed plures  
inueniuntur: prout vnicuiqz visum est addentibus que mi-  
nus sunt a pprobata. Quid dicā de missè officio qd simili  
varietate in multis cōfusum cernimus. Cantatur a plen-  
risqz officiū qd quidā deuotarius muratis sensibus ver-  
borū sed manente melodia de officio beate marie sabba-  
tino elicit: qd deuotioni minus videtur cōducere: dum  
auditor es melodie similitudine decepti nō de sancta anna  
sed de dei genitrice putant celebrari. Si placet materia:  
mutetur saltem melodia. Possent tamen hec omnia faci-  
le emendari: si alicuius pontificis auctoritas interueni-  
ret: qua freti eruditii in his virt historiam et officiū sensu  
et melodia regulatū et scripturis approbatū cōponeret.

## Quod beatissima mater anna suos cultores multipliciter in hac vita pariter et in futura remunerat. **Lap. filij**

Icrebra miraculoꝝ exhibitiō reuerentiā san-  
ctorū meretur: beata anna maximo honore  
dignissima est: que deuotis suis cultoribꝫ tot  
ac tanta beneficia quotidie impendit: ut ne  
mo sit qui om̄ia possit enarrare. Scimus equidē multa  
et noua et antiqua sancte anne miracula: sed nō est m̄i  
xpositi his iam animū intendere: que in dubiū a multis  
agnouimus vocari: nō qd falsitatis aliqd in se cōtineant  
sed qd moderni hoſes qui sibi docti videntur pleriqz mi-  
raculis nō credant sed detrahant. Noluimus ergo dare  
occasiōne detrahendi: neqz in suspitionē p̄sentē exponere  
tractatū: ne dicerent nō recta nos scribere sed apocrifa.  
Nemo enim intelligit. nemo credit. nemo capit quanta

Deus amatoribus sancte anne quotidie beneficia cōferat  
nisi quem deuota experientia informat. Scimus autem  
per iuuocationē sancte anne multos viros potentes erudi-  
tos nobiles et ignobiles, virgines et mulieres, iuuenes et  
senes, a maximis tribulacōibus sepe liberatos: a periu-  
culis ereptos; in necessitatibz mirabiliter adiutos. Multos  
etiam vtriusqz sexus homines religiosos et seculares a  
grauiissimis tentacōibus carnis et spiritus meritis anno  
ne multotiens comperimus liberatos: alios in egestate  
et paupertate constitutos: per anne suffragia inopinate  
abunde prouisos: alios de graui calamitate esse curatos.  
Quis enumeret quanti a p̄niciosa mentis tristitia et me-  
lancholia p̄fissime matris anime adiutorio sanati sint?  
Quanti quoqz inter aduersa securi: inter hostes et latro-  
nes impauidi: inter maris pericula terti euaserūt. Anna  
mater sanctissima multos sibi deuotos a diversis tenta-  
cōibus consueuit cripere: a pestilentie contagione libe-  
rare: a varijs quoqz infirmitatibus curare. Quis enarraret  
quanto a pessima desperatione ad spem misericordie  
reduxerit: quanto a durissima peccati consuetudine  
ad penitentie semitas reuocauit: quanto in religione et  
extra tepide cōuersantes igne diuum amoris inflamauit.  
Eius meritis et suffragijs in partu mulieres a periculis  
alioquin vicine mortis liberate sunt: multi etiam a sentētia  
p̄petue dānationis sicut legum⁹ erepti. Deniqz nōnullos  
cultores suos ab infamie oþprobrio custodiuisse dicitur:  
alios a desperata egritudine: nōnullos a vinculis et cara-  
ceribus: quosdā etiam a mortis imminentis periculis libe-  
rasse memorat. Legimus etiam meritis eius ad vitā nōmul-  
tos de morte reuocatos: alios in mortis articulo per eā cle-  
mētissime visitatos: et anteqz relinquerent mundū factos  
iā de celo securos. Sepe etiam obtusa quorūdā ingenia illu-  
minasse dicit: ut qui sine eruditōne prius despecti fuerāt:  
miltis postea fierēt in admirationē. Oratores quoqz in di-  
cēdo sepe lapsos intātū iuuocata roborasse dī: ut nō solū  
p̄stātes: sed etiam iuueniret se factos in porando p̄impiores

d.ij

**A**missa deniq; p anne iuuocationē legimus mirabiliter esse inuenta. **S**ed quid nitor in immensum? **H**ā si mihi ferrea vox esset lingueq; centū: nō omnia anne beneficia pcurrere possem: quibus suis cōsueuit subuenire cultoriis bus. **T**ot vero eius inueniuntur beneficia: quot humane vite extant incōmoda. **D**e quacūq; tribulacōne cū deuotione ad eā quis clamauerit: potens est impetrare auxiliū. **F**lammis carnalis cōcupiscentie extinguit: perniciosa mentis tristiciam in gaudium salutare conuertit: vite necessaria tribuit: bonā et pulchram famā custodit. **M**ulieres periclitantes in partu liberat: dolores mitigat: demones fugat. **I**n tribulacōne laborantibus inuocata subuenit: peregrinantes ad patriā reducit: claman tes ad se miseros et audiat. **O**mnia dare nouit: que christianum hominē petere licet: tantū si deuota fides cōmendet orantem. **D**e omnibus vero que in genere commemo rādo dumtaxat perstrinximus: exempla specialiter facta in promptu habemus: quibus non incerta scribere: sed facta in veritate possemus enarrare. **C**lerum nō est nostri propositi historiam tecere: sed laudes diue matris anne quanta poterimus simplicitate declarare. **N**eque enim ppter miracula colendam dixerim: sed in deum pietatem. **T**ot ac tanta de beata matre Anna mihi immotuere miracula: ut si omnia vellem scribere: cogerer hunc tractatū nimii ampliare. **O**mniū miraculoꝝ maximū est: si meritis eius compunctionē venianiꝝ peccatorū nostrorū mereamur accipere: si malam cōsuetudinem vincere: si ad eteruā vitam puenire. **I**n hūc finē nobis et nō aliū colenda est.

## **D**e fraternitate beatissime ma tris anne q; utilis et necessaria sit maxime nostris temporibus.

**C**ap. xv.

**C**lia nouissimis his diebus refrigerescente charitate multorū abundat iniurias: necessariū nobis valde est fratres mei: ut sicut pene quotidie peccando labimur: sic quoq; per crebra